



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 89. Regis molimina de subigenda Alsatia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.
A.C. 1552.

Brissaci Marescalli fratrem urbis Præfetum nominabat, ipse vero inde abiens Lunevillam contendit, ubi Franciscum Montmorantium Connestabilis Filium, Honoratum Villarium, & Ringravium Comitem Augustam Vindelicorum ablegabat, ut de rebus Mauritii Electoris, qui jamjam bellum inchoasse dicebatur, certior fieret. Ceterum Metensi æque, ac Tullanæ, & Virodunensi urbibus usque ad hunc annum pristinæ ejus libertates integræ servabantur, hæ tamen civitates ad hanc usque diem Franciæ imperio obnoxiae permanent. Insuper Rex occupata Metensi urbe ibidem pro illius conservatione arcem construi jussit, quamvis aliunde hæc civitas arte, & natura sat munita fuisset.

§. LXXXIX.

Regis molimina de subigenda Alsatia.

Sleid. lib. 24. pag. 788.
Thu. l. 10. **H**enricus Rex ad ampliores spes animum erigens totam Alsatiam armis suis subiicere decreverat, unde copias suas eo conducens interim exhaustas vires reficere simulabat, tertia vero Mensis Maii die venit Tabernas, quod oppidum est Argentinensi Episcopo subditum non nisi quatuor milliaribus ab urbe distans. Ibidem Regem adibant Basileensis Senatus Legati, qui contra superioris Bur-

VIII.
ræfe-
piens
scum
lium,
vium
able-
oris,
atur,
eque,
as u-
liber-
amen
anciæ
super
n pro
i jus-
arte,

satia.
s ani-
armis
opias
as vi-
lensis
idum
non-
stans.
s Se-
rioris
Bur.

Burgundiæ incolas , eorumque foede- Sæcul XVI.
ratos hujus Principis opem implora- A.C.1552.
bant, ab eodem perbenigne excepti.
Postea Rex, cum adhuc Sareburgi esset,
ab Argentinensibus petierat , ut anno-
nam alendis copiis necessariam in castra
deferrent: verum cives , cum Gallorum
fidem sibi suspectam haberent , urbem
quinque armatorum millium præsidio
firmabant, cunctaque tam publica, quam
privata ædificia , quæ urbi magis erant
vicina , demoliebantur , exscissisque
arboribus hortos devastabant , ac no-
vum propugnaculum, qua parte urbs mi-
nus munita videbatur , extruentes co-
piosam admodum annonam invehabant,
postea vero Petrum Sturmum , Fride-
ricum Gotteschemum , & Joannem
Sleidanum allegabant, qui quandam fru-
menti, ac vini copiam Regi offerrent,
cum autem Connestabilis hæc nihil iæsti-
maret , amplis verbis Deputatos de-
præclara Regis erga ipsos voluntate la-
ctabat, ac pluribus extollens, quod ipse
pro tuenda Nationis Germanicæ liber-
tate adeo generose arma sumpsisset, tan-
dem ab eis petiit , ut militibus Gallis
ad coemenda ipsis necessaria urbem in-
gredi permetterent. Deputati ea , quæ
postulabantur, ad Senatum referunt, qui
vicinæ urbis fato perterritus respondit,
nihil in hoc negotio , nisi de totius Rei-
publicæ

Sæcul. XVI.
A.C. 1552.

publicæ consilio , ac sententia , decerni posse : Porro coacto Senatu, ac Montmorantii propositionibus maturius perpensis decretum , ut Deputati rursus Tabernas reverterentur.

§. XC.

Galli per Argentinenses ab urbis ingressu exclusi.

Steid. comm. l. 24. p. 881. Ergo hi Tabernas redeunt , moxque

Connestabilem adeunt , qui tamen eos acerbius excipiens suam ipsis ingratitudinem durius exprobabat , quin immo ipsemet Rex , qui eos ad alloquium admiserat , ipsis eadem , modestioribus tamen verbis obiiciebat , quapropter annonam multo copiosiorem , quam antea , ad castra secum adducentes rogabant , ut Rex denuo oblata hæc dona æquo animo acceptaret : de cetero excusatos eos haberet , si ob tumultus , ac licentiae militaris metum in urbem suam eum non admitterent : Post hæc Argentinenses , quicquid frumenti , ac panis per vicos , vicinaque oppida reperiri poterat , ad castra devehi jubebant , quaque urbem suam intrandi prætextum , quo Rex utebatur , egregie eludebant , Hagenonensibus interea æque , ac Wifseburgensibus ultro eidem urbium suarum portas aperientibus : cum igitur Rex